Groizk. Henricus de Korun. Wolferus de Pessene. Guntherus de Rohsberc. Rudolfus de Bunowe. Albertus de Groizk et alii quam plures.

Data in Lipzk anno ab incarnatione domini M̊ C̊ XC̊, indictione XIII.

(S.)

562.

Landgraf Hermann bestätigt zwei Käufe des Klosters Pforte. — Zeuge: Graf Friedrich, Bruder des Landgrafen. **1190.**

Hdschr.: Or. Perg. Landesschule Pforta. Phot. H. St. A.
Gedr.: Lepsius, Rudelsburg 73.
Anm.: Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. S. 19 und S. 110 Anm. 1.

C. :In nomine sancte et individue trinitatis.: Hermannus dei gratia lantgravius Thuringie et palati|nus Saxonie. Iusticie dictat ratio, ut religiosos quosque et temporalia eorum subsidia contra improborum violentias | nostro premunire ac defensare studeamus presidio. Unde notum esse volumus cunctis fidelibus tam presentibus quam | futuris, quod fratres Portensis cenobii emerunt in Gerinstede quinque mansos pro LXXX marcis ab Hermanno advocato de Salecke et eius heredibus, ab Manegoldo etiam de Rode et eius heredibus acquisierunt ibidem unum mansum pro XII[cim] marcis, alterum vero mansum ibidem eis pro remedio anime sue et uxoris eius et filiorum legittime contradidit, que omnia in provinciali placito et coram nobis iudiciali sententia sunt confirmata. Ut autem hec omnia rata et in perpetuum inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli nostri inpressione et ydoneorum testium subscriptione roboramus, quorum nomina sunt hec. Comes Fridericus frater noster. Henricus comes de Bůch. Albertus de Mellere. Cunradus scultetus de Mannestede. Cůnemundus de Ekkehardisberc cum filiis suis Cůnemundo seniore et marscalco Henrico. Wolfinus de Gosteliz. Godefridus de Tutelebe. Eckehardus notarius. Albertus capellanus. Gozwinus et Godefridus frater eius de Wange. Albertus de Můchele. Ekkehardus de Domo. Hermannus de Tundorf. Guntherus dapifer. Datum anno domini M̊ C̊ X̊C, indictione octava[a]).

(SD.)

563.

Erzbischof Konrad I. von Mainz schildert, in welchem Zustande der Verwüstung er die mainzer Kirche bei seiner Rückkehr (1183) getroffen habe, zählt ferner die Verluste auf, die dieselbe durch Veräußerung, Belehnung, Verpfändung erlitten, und verzeichnet dann, welche Güter und Schlösser u. s. w. und um welche Summen er sie für die Kirche wieder zurückerworben habe. — Es geschieht darin Erwähnung der Münze des Landgrafen (Ludwigs III.) zu Fritzlar, der Burg Ebersberg, welche der Erzbischof vom Pfalzgrafen von Sachsen kauft und ihm und seiner Gemahlin zu Lehen giebt, der Burg Melsungen, die er von beiden kauft, der Befestigung Döbritzschen, mit der er Markgraf Otto von Meißen belehnt. **[1183—1190.]**

Hdschr.: Nach Stumpf unbesiegeltes Originalkonzept im Archiv zu Würzburg (München). Es war an beiden Orten nicht zu finden.
Gedr.: Stumpf, Acta Maguntina 114. Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXX, 91.
Anm.: Die Urkunde ist in die Zeit von 1183—1190 zu setzen, da K. Friedrich und Landgraf Ludwig 1190 starben.

562. *a)* Datum — octavo *dünner und von anderer Hand.*